



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

In festo S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ. De Euangeliō 713 & vita  
eiusdem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

dum per heroicam mundi , suique  
ipsius abnegationem , continuam  
mortificationem , & ardente m oppro-  
brij crucis suæ affectationem . Grad-  
tudo , amor , zelus imitandi .

*21. Sept.* In festo S. Matthæi Apostoli  
& Euangelistæ.

*De Euangeliō festi , seu de conuersione &  
ocatione Matthai , Matth. 9. vide  
meditat. 3. hebd. 8. post  
Trinitatem.*

*De vita eiusdem S. Matthæi*

I. *E*xpende miram filij Dei Matthæ-  
um , quem præsciebat libera vo-  
luntate sua publicanum futurum , &  
lucro pecuniarum magis quam salu-  
suæ inihiaturum , in discipulum suum  
in Apostolum , in Euangelistam , in  
Martyrem ab æterno eligentis , in  
tempore tam suauiter , & efficaciter  
vocantis dilectionem ; miram diuinæ  
ipsius gratiæ in corde eius ab amore  
diuinarum in momento auellendo ,  
sicque prodigiosè camelum per for-

men acus traducendo potentiam: mi-  
ram denique in eodem in Apostoli*ci*  
muneris functione & Euangeli*j* conscriptione dirigendo, atque ad opta-  
tam laborum suorum metam dedu-  
cendo prouidentiam Qualis eiusdem  
in te quoque ab æterno eligendo, sic  
in tempore vocando, & hucusque de-  
ducendo elucet gratuita benignitas,  
gratiæ eius potentia, paterna prouiden-  
tia! Gratitudo, amor, zelus gra-  
tiæ cooperandi.

II. Quam vicissim ille se liberalem  
erga Christum exhibuerit 1. zelo fer-  
uentis conuersionis, iniuste acquisi-  
ta reddendo, Pauperibus omnia ero-  
gando, seipsum in perpetuum Christi  
seruum mancipando.

2. Zelo salutis plurimorum conuer-  
tendorum, quem exseuit publicanos  
ad conuiuium à Christo conuerten-  
dos inuitando; Æthiopibus, Christi  
gloriam in prædicando; vitam eius-  
dem & miracula à se conscripta poste-  
ris relinquendo, ut quod ore non po-  
tuit, calamo per totum orbem Euan-  
gelicæ veritatis radios diffunderet, &  
dilecti magistri sui agnitionem, cul-  
tum, amorem omnibus hominibus, ad  
finem usque mundi nascituris instilla-  
ret.

3. Ze-

suique  
ntiuam  
oppro-  
Grati-  
  
ostoli  
  
ersione &  
vida  
  
hai  
  
Matthæ.  
bera vo-  
rum, &  
am salutis  
im suum,  
stam, in  
ntis, in  
fficaciel  
m diuinaz  
ab amore  
uellendo  
per forae  
ma

3. Zelo martyrij, quo incensus non  
solum nullam barbarorum & idolola-  
trarum rabiem exhorruit, sed etiam  
auidissime gloriosam pro Christo  
mortem exoptauit, quam tandem ob-  
tinuit, dum ad aram diuinissimam e-  
terno Patris hostiam offerens secun-  
dus, se ipsum quoque victimam im-  
molare meruit. Congratulatio, feruor  
hunc triplicem zelum imitandi.

III. Quomodo Christus eundem  
clarificari tanta miraculorum gloria,  
tanta diuinorum solatiorum, & pecu-  
liari gratiarum auxiliorum abundantia in  
terrīs; tanta præminentia essentialis  
& accidentalis gloriæ tanto Apolto-  
lo, Euangelistæ. Martyri debita  
in cœlis. Spes similis glo-  
riæ simili zelo  
obtinen-  
dæ.

6 (?) 90